

Johann Jacob Döbel

Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Jacobus Döbelius, Med. Doctor, Professor Publicus, Poliater, & Facultatis suae Decanus, ipso S:S: Resurrectionis Festo, Cives Academicos ad Poenitentiae Myrrham, Servatori Gloriosissimo Devotissime offerendam, qua par est, auctoritate & humanitate, invitat : [Publicatum sub sigillo Rectoris die IV. April. Anno LXXV.]

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735979243>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA;

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS;

JOHANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,

Med. Doctor, Professor Publicus,
Poliater, & Facultatis suæ DECANUS,

ipso

S. S. RESURRECTIONIS
FESTO,

CIVES ACADEMICOS

ad

POENITENTIÆ
MYRRHAM, SERVATORI
GLORIOSISSIMO DEVO-
TISSIME

offerendam,

quà par est, auctoritate & humanitate,
invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typ.

R.U.-Poops 1675/a



Pf. XVI. 8.
Conf:
Actor. II.
27.



Esurrectionem Servatoris Spiritu prævicens David: non derelinques, *inquit*, animam meam in inferno, neque concedes, Sanctum Tuum videre corruptionem. Equidem, prout peccavimus in Adamo omnes; ita per Adamum in omnes etiam est mors ingressa. Et velut Mors peccati tributum; ita corruptio necessarium est consequens mortis: ut putredinem meritò Patrem suum; & vermes, Matrem Sororesque salutet Jobus. Aliqua corruptionis hujus subterfugia, Natura partim videtur indigitasse, partim Mortalium industria indagasse: viâ non unâ.

XVII. 14.
Golniz:
Ulyss. p.
592.

Tholosæ dicuntur, in Fratrum minorum cœnobio, cadavera humana, virtute loci, per secula servari integras ut Avos suos, longâ discernere serie, Nepotes queant. Idem in cryptâ quadam, sub Borysthene, propè Kiiviam, memini, me ante quindecim annos observare. Cerebri substantiam, octoginta annos incorruptam se notasse, fatetur Borellus. In Daniâ integrum, mumix inſtar induratum, pernxque fumo exiccatae simile, Jo-

Cent. II.
obf. 36.

annis

ROSTOCKER UNIVERSITÄT

annis Wenstermanni Cadaver, quinquaginta ante sepultum annos, ipse oculatus testis Bartholinus, sex & triginta abhinc annis observavit. In Ducatu Momonia, qui est Hyberniæ, cadavera nunquã putrescere: in itinera rio suo credit Thomas Carve. Contra, corruptionis hujus præcavendæ vel accelerandæ potio gratiã, Σόργς ορυχρσ Φάγς, loculos suos, ex Assio lapide, adhibebat Græcorũ antiquitas: quibus corpora defunctorum imposita, intra quadragesimum diem, exceptis dentibus, consumebantur. Hodie Parisiis, in cœmiterio, D. Innocentio sacro, viginti quatuor horarum spatio, humana corpora, ossibus solis relictis, absumentur. Quanta etiam, ad hoc negotium, sit Calcis efficacia; id verò vel vulgo notius est, quàm quod prolixius recenseri mereatur. Verum enim verò, quemadmodum non possunt dici corpora non corrupta, quæ extemplo planè comperiuntur consumpta: ita corruptioni ipsi non obstat, vel seculi unius atque alterius dilatio, remorave, rarissimis quibusdam in locis, hætenus observata. Aliam itaque viam ingressi alii, condituram cadaverum artificialem instituere. Neque ulla unquam Natio tam fuit barbara: quæ non modò de condendis; verùm etiam condiendis cadaveribus sollicita non foret. Ratio creditur Polydoro: quod, quoad corpus durat, durare quoq; animam, judicant haud pauci. Hæc opinione, procul dubio, Sineses, à Parentibus defunctis, loculo inclusis, ad eò graveolentiam asphalto arcent: ut, in quadriennium usque, alimenta ipsis quotidie, citra offensionem apponant. De Ægypto veteri expressè Silius Italicus:

*Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, & à mensis exanguem haud separat umbram.*

) 0 (2

Melam: l. 1. c. 9. Lucian. in de Luctu. Diodor. l. 1. c. 8.

*l. XIII. vers.
474. conf.
ad Ciceron:
Et 1. Tuscul.*

*III. d. Res.
invent. c.
10.
Niehoff. de-
script. Si-
na. c. 5. p. m.
258.*

*Cent. 1.
Hist. 62.
Part. 1. c. 11.
v. Gimaldã
Topogr. Hi-
berniæ, dist.
2. c. 6.
v. Boetius
d. lapid. II.
220. ex Dio-
scor. V. d.
R. M. 99.
Plin. H. N.
XXXVI. 17.
Salmas.
exercit. in
Plin. cit.
libr. c. 62.*

Montan.
Legat Ja-
pan. p. m.
36.

L. i. c. 8. d.
Funerib.
Roman.
Saxo
Grammat:
l. 3. fin. p. m.
86.

Herodot:
4.

Forefl. 30.
obs. 9. Pa-
reum. de
Renuncia-
tion: fin p.
m. 658. So-
lenandr:
Conf. XIV.
§ 5. Zacchi.
am. 90.

Et superstitiosa quidem huic alimentorum appositioni, Curones quoque olim indulgisse: quæ apud me habeo, monumenta testantur. Japanenses vel hodiernum cadavera, baculis Bambusinis illigata, secundo post obitum die, integro novendii spatio, ad focum paulatim siccant: post, novies abluta, fasciisque involuta, prius per triennium, quàm in ædibus suis sepeliant, conspicienda exponunt. Alii condituram quidem ipsam; minimè tamen eundem condiendi servarunt modum: quandoquidem modò Sal, modò Nitrum, modò Cedrum, modò Ceram, modò Mel, modò Balsamum, modò Gypsum, & si quæ sunt alia, in hunc legimus usum tracta. Testimonia singulorum, à Kirchmanno aliquatenus in compendium redacta, prolixius hac occasione adducere; longum foret. Sed neque Septentrioni fuisse hanc condiendi artem incognitam; Frothonis tertii, Regis Danorum mortui, salitum corpus evincit: quod, egestis visceribus, triennio, Proceres curarunt servandum; Provinciarum defectionem, vulgato Regis exitu, formidantes. Ipsi Scythæ, ab humanitate cæteroquin alienissimi, eò pervenere humanitatis: ut Regis mortui alvum evulsam atque expurgatam, silere contuso, thymiamate, apii & anisi seminibus repleant, corpusque resarcitum incerarent. Formulas præfenti & superiori seculo, Europæorum cultioribus celebratas, alios apud est videre. Hisce tamen omnibus velut, nostrâ hæc ætate, palmam videtur Bilius præripuisse, novissimè mihi Lovanii salutatus: ita veteres, omnium calculo, antecelluere Ægyptii; quorum Mumia ad id pretii devenere, ut non tantum in usum accersantur Medentum; verùm etiam voluptatem eorum, qui coacervandis Artium & Naturæ ostentis in-

tenti,

Med; Leg: l. 4. tit: 1. qu: 10, Rolsnck: d. purgantib. c. 43.

intenti, in ornamentum vertunt conclavium, tumbis
quondam, & nocti jam credita sempiternæ. Arenæ eas
& ventorum violentiâ plerumque exiccari; argumento,
inter alia, sunt, hæcenus quorannis in Ægypto reperi- *Conf. Ca-*
torum vitalem auram, in viâ, loci aura oppres- *merar.*
sit, mortuorum verò corpora non tantum non infestat, *Gent: 2.*
quin potius à putredine, aliis superveniente, potentiſſime *Hiſt. Med.*
deſenſat. Ita, quod ſpirantibus vitam auſſert, deſunctis
ſuo modo pro vita exiſtit. Tales quidem, in Aulâ Caſ-
ſelenſi, inter rariora, præ cæteris aſſervari, recordor. *l. 2. f. in*
Artificiales, Herodotus fuſſiſſime recenſet. Earum *Euterpe.*
aliæ ſunt Nobiliorum; aliæ Plebejorum. Et horum *conf. ad*
vero condimentum, ex aſphalto, ad nos deſertur. Illo *Strabon:*
rum, ex Myrrhâ & Aloë, eſſodere; eſt capitale. Ab *XVI. Sca-*
Ægyptiis morem ad Iſraelitas, & Romanos denique tran- *lig. Exerc.*
ſiſſe, probabile venit. Primum Patriachæ corpus, ex *CIV. 9.*
Joſephi filii mandato, reperitur, in Sacris, condituræ da- *Genef. L. 2.*
tum. Quadraginta fuiſſe dies ejus *ταχινοει* impen- *Herodot.*
ſos, hædeſt mirum: quòd aliàs, ſeptuaginta demum *c. l.*
dierum ſpatio, corporum, aromate inſarctorum, ſalitu-
ra fuerit expedita. Eundem morem, in promiſſa quo-
que terrâ, Regibus & Principibus admiſſum: exempla *II. Chron.*
Aſæ & Jehoræ probant. Romanorum Pollinctores, *XVI. 14.*
quòd vel in triviis verſantibus innotefcere debebant, non *XXI. 19.*
adduco. Licet verò Servorum ſit unctura XII. tabb. Le- *L. 37. fune-*
gibus improbata: probata tamen manſit ſumptuum ra- *ris ff. de Re-*
tio, in Liberorum unctiõnem impenſorum. Modus erat, *lig. 5*
Romanorum pariter ac Hieroſolymitanorum, ab Ægy- *ſumpt. fun.*
ptiorum, alia inter, & in hoc diverſus: quod hi quidem
exenteratum habitum, tam internè, quàm externè con-
dirent, conſutumque, per dictum tempus, nitro immer-
gerent: illi verò externè tantum ablutum inungerent,
faſciisque obvelarent;

Caſ-
Baron:

• CXII.

prudentius
in Cathem.

vers. 1470.
Tetrabibl.
IV. sermon.
4. c. 123.
Henning's
Genealog.
Tom. 4.
p. m. 274.

Job: XIX.
39.
Lexic. Pen-
tagl.

in Artille-
ria arte
magnâ l. 1.
c. 10.

Candore nitentia claro

Pratendere lintea, mos est;

Asperaque Myrrha Sabæo

Corpus Medicamine servat.

Ipsam condituram *Σμύβριον* appellat Aëtius: no-
mine à potissimo ingredientium desumpto. Utut
enim Embammatum varia circumferantur, ad De-
functorum facultates accommodata: basin tamen Aloes
& Myrrhæ omnia agnoscunt. Quin immò Wencesla-
us, de Quercu Baro, cùm in agro Sternbergensi funda-
menta aggeri piscinario moliretur; corpus hominis in-
tegrum, meram Myrrham referens, dicitur invenisse,
amicisque distribuisse: quos inter Dubravius Historicus,
plus mediâ parte lacerti fuit donatus. Myrrhæ itaque
& Aloes mixturam, centum fermè librarum, à Nicode-
mo etiam, ad pollingendum Servatoris corpus, allatam;
Historia censet. Equidem plures Schindlerus species
adhibitas credit: sed vereor, ne, dum à literæ deflectit
tramite, vir, cæteroquin doctus; & semetipsum, in con-
fusionis præcipitet labyrinthum, & quæ diversis dixi-
mus gentibus seorsim usitata. Ponderis numerus, si foret
rotundus: æquipolleret, secundū Casimiri rotâ, Rostochiensium
libris 121 $\frac{7}{8}$. Indiciū est opulentia grandis, &
affectus in Dominum & Præceptorem haud minoris. Ho-
die, vel decem posse libris *ἑκατάριον* s. *ἑλέφειον* expediri,
constat. Aloe utrum aromatica fuerit, an pellucida,
officinis usitata; quæstionis est otiosæ: siquidem hæc
ipsa & ad condituras hodie expetitur; & Aëtio, alios
inter, absq; epitheto præscribitur; & aptior est Aloes
ligno, utut in pulverem redacto, se insinuandi in cor-
poris poros; & aroma denique audit: quod saporis, vel-
ut nuper vidimus, est acris, odorisque boni. Saporem,
nisi insipidus, quilibet deprehenderit satis: Fragrantia
inspissatione partim dissipatur, partim temporis, quo ad
nos vehitur, diuturnitate. Neque etiam Myrrhaces-
sat

fat inter aromata numerari: utut haud adeo, quæ apud *Exod:*
nos prostat, sit odora. Neutrius inunctione indigebat *XXX. 23*
Servator: quòd solus ille corruptionem non erat visu-
rus. Habebat in eo *Colosi. II.* Universa plenitudo Deitatis cor-
poraliter: à peccato, corruptionis prodromo, erat im-
munis: neq; dolus in ipsius ore fuerat observatus. Ipse et-
iam Resurrectionem, primo triduo futuram, prædixerat;
ut impossibile esset, à morte detineri captivum. Sed ta-
men, qui vivus bis admiserat, non respuit mortuus etiam
Act. II. 24 uncturam: ad fidem partim & pietatē respiciens ungenti-
um; partim sepeliendi morem, cuiq; genti receptum, utut
sumptuosum, exemplo probans; partim declarans, quàm
essent omnes, ex veteri in Novum Testamentum illati ty-
pi, implendi. Quod si verò pretiosam hanc condituram,
vel cum facultatum, honoris, vitæque discrimine, haud
dubitaverunt mortuo Discipuli Magistro impendere:
ecquid abs Nobis, hodie, CIVES ACADEMICI! veniet
præstandum Resurgenti? Resurrexit equidem Ille ho-
diè gloriosè; verùm, ut suæ nos Resurrectionis partici-
pes reddat, etiamnum quotidie ad Aloen provocat &
Myrrham. Myrrha & Aloe sunt vestimenta ejus: absq;
corruptionis macula sint vestes quoq; Sponsæ Ecclesiæ.
Pf. XLV. 9.
Cantic. V.
G. 14. Myrrhâ ejus labia & digiti stillant: amat ille inter ubera,
h. e. in cordis vasculo, velut Myrrhæ fasciculus re-
poni. Pœnitentiam merito dixeris hanc Aloen & Myr-
rham: per quam in corde servamus incorruptum, qui non
poterat in sepulchro corrumpi. Sunt, Aloes & Myrrha,
validum, adversus corruptionem, præservativum: Pœni-
tentia, usu S Cœnæ condita, ab æterna nos corruptione
præservat. Amara ea equidem videtur carni: sed perquam
Ioann. VI.
54. 1. Cor.
XV. 54. est Spiritui dulcis ac salutaris. Dulcescebat immissio-
Ex: XV. 25. ne ligni, aqua amara: **Memoriâ JESU crucifixi,**
mortui

Exod. XV.
23.

Ovid. Me-
tam l. X.
fab. 10.

mortui, sepulti, propriâque hodie virtute resuscitati,
& amaritudo cordis dulcescit &, quicquid sive afflictio,
sive Pœnitentia præ se ferre amari solet. Ab Hebræo-
rum amarore equidem Myrrha venit nominata: unde
meror, mœror, est animi merito amaritudo. Quàm et-
iam ex Pœnitentiæ mœrore, Cynaræ Regis filia, in Myr-
rhæ arborem sit mutata; fabula est nota.

Hæc, quanquam amisit veteres cum corpore sensus;

Flet tamen, & tepida manant è corpore gutta.

Rectius Nos, Pœnitentiâ ducti, in succum liquefcentis
cordis, in amarorem resolvimur lacrymarum, fidissi-
mum serii doloris testem.

id. IV. Tri.

Eleg 3.

Matt V. 4.

Alex. ab Al.

V. 13. p. m.

275. Cæl.

Antiqu.

VII. 29.

Gerhard.

Ex: pier:

part: 1. c. 8.

Ex. XXX.

23. Apocal.

1.

Cant. IV. 6.

Expletur lacrymis, egeriturq; dolor.


Beati in tempore lugentes: quoniam post tempora acci-
pient consolationem. Ex Myrrhinis virgis Cappadoces
olim vaticinabantur: ex contritionis & Pœnitentiæ effe-
ctibus Peccati colligim9 gravitatem pœnamq;. Myrrham
recipiebat Regum & Sacerdotum balsamum inaugurale:
Pœnitentiæ Myrrhâ balsamum paramus, adversum pec-
cata, quo in Sacerdotes & Reges inauguramur Deo Pa-
tri. Surrexit hodie Antesignanus noster, Myrrhâ unctus;
surgamus nos quoq; CIVES! è peccati latibulo, spretisq;
mundi delitiis, quoad corruptionis carne amicti vivi-
mus, in montem Myrrhinum enitamur, omnesq; Myr-
rhæ tam amaræ, tam charæ, tam fructuosæ ramusculos,
fide, spe, charitate, precibus, cruce, & gratiarum actio-
ne collectos, colligatosq;, in refectioem nostri & præ-
servationem, Cordis scrinio includamus. Hosce seren-
tes, feremus facilius, quicquid veniet ferendum. Ne-
quaquam fasces erunt; sed fasciculi: ex quibus fructus
olim & Messis sempiternæ erit gloriæ carpenda.

V A L E T E.

Publicatum sub sigillo Rectoris die IV. April.

ANNO LXXV.

fat inter aromata numerari: ut ut haud a
 nos prostat, sit odora. Neutrius inunct
 Servator: quod solus ille corruptionem
 rus. Habitat in eo Univerſa plenitud
 poraliter: à peccato, corruptionis prod
 munis: neq; dolus in ipsius ore fuerat obſ
 iam Reſurrectionem, primo triduo futura
 ut impoſſibile eſſet, à morte detineri ca
 men, qui vivus bis admiferat, non reſpuit r
 uncturam: ad fidem partim & pietatē reſp
 um; partim ſepeliendi morem, cuiq; genti
 ſumptuoſum, exemplo probans; partim d
 eſſent omnes, ex veteri in Novum Testame
 pi, implendi. Quod ſi verò pretioſam har
 vel cum facultatum, honoris, vitæ que d
 dubitaverunt mortuo Diſcipuli Magiſt
 ecquid abs Nobis, hodie, CIVES ACAD
 præſtandum Reſurgenti? Reſurrexit eq
 diè glorioſè; verùm, ut ſuæ nos Reſurre
 pes reddat, etiamnum quotidie ad Alo
 Myrrham. Myrrha & Aloe ſunt veſtime
 corruptionis macula ſint veſtes quoq; S
 Myrrhâ ejus labia & digiti ſtillant: ama
 ra, h. e. in cordis vaſculo, velut Myrrh
 poni. Pœnitentiam merito dixeris han
 rham: per quam in corde ſervamus incor
 poterat in ſepulchro corrumpi. Sunt, Al
 validum, adverſus corruptionem, præſer
 tentia, uſu S Coenæ condita, ab æterna n
 præſervat. Amara ea equidem videtur car
 eſt Spiritui dulcis ac ſalutaris. Dulceſc
 ne ligni, aqua amara: Memoria J



the scale towards document

bud Exod:
 bat XXX. 27
 fu
 or Coloss. II.
 m-
 et-
 at;
 ta. Act. II. 24.
 am
 titi-
 tut
 am
 ty-
 m,
 ud
 re:
 liet
 no-
 ici-
 &
 sq; Ps. XLV. 9.
 ſia. Cantic. V.
 be- G. 14.
 re-
 yr-
 non
 ha,
 eni-
 one
 am
 Ioann. VI.
 ſio. 54. 1. Cor.
 ſixi, XV. 54.
 tui Ex: XV. 25.